



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs LVI. Miserere mei Deus quoniam con.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Mane querar, seræ lugebo ad tempora lucis,  
 Effugient medium nec mea uota diem.  
 Audiet & genitus & uerba rogantia, pronis  
 (Certa fides caussæ est) auribus accipiet.  
 Is mihi pacificam præstabit ab hoste quietem,  
 Qui mihi tot studuit noxius esse modis.  
 Audiet, & studia aduersa mala deprimet hostis,  
 Solus in immota conditione manens.  
 Nulla quidem spes est mutari posse malignos,  
 Qui Dominum toties irreuerenter habent.  
 Iniecere manus in amantes fœdera pacis,  
 Pacta profanarunt religiosa Dei.  
 Ore ferunt pacem butyro quod mollius esset,  
 Sæua tamen tacito pectore bella mouent.  
 Lenia uerba oleo quo quis magis ore loquuntur,  
 Illa tamen gladij fortis acumen habent.  
 Res curasq; tuas Domino committe potenti,  
 Is tua, teq; ipsum, cuncta tenere potest.  
 Ipse loco faciet stabili consistere iustum,  
 Et bona lætificæ pacis habere dabit.  
 Tu pater effuso gaudientes sanguine, tandem  
 In mortis foueam præcipitanter ages.  
 Dimidice non illi attingent tempora uitæ,  
 Sed mihi spes in te fixa tenaxq; manet.

Addit in fine  
infectionem  
hostiū & com-  
municationem.

Insignis doctri-  
na in omnibus  
periculis & re-  
tationibus uti-  
lis.

## PSALMVS LVI.

Miserere mei Deus quoniam con-

## ARGVMNTVM.

Est oratio pro liberatione ex periculo, in  
quo



quo fuit, cum exularet. I. Samuel. XX. Vocat autem Dauid se mutam columbam, quæ tantum gemitu ostendit dolorem suum : Nam inter exterios non fuit ei tutum loqui.

Sceptra Palæstini cum quæreret aduena Regis,  
Exul adhuc querula concinit iſta chely.

Hac nos uoce graues contra licet ire tyrannos,  
Qui uerbum Domini qualibet arte premunt.

Vincenti aureum ornamentum Dauid de Columba  
mura, inter alienigenas, cum apprehe-  
derent eum Philistæ in Gath.

Propositio pre- **S**Vmme parens rerum, miserum me respice, cuius  
cationis. Pectora crudeli pressa sub hoste iacent.

Narratio peri- Fortiter insistunt, nunquam me affligere cessant,  
culorum. Qui calcant animæ colla subacta meæ.

Quoq; magis doleam plures grassantur in unum,  
Qui capiti intentant tela cruenta meo.

At mea dum nimio sunt corda subacta timori,  
Spes opis, & ueniae tu nabi certa uenis.

Consolor me- In uerbo Domini mibi gloria uera manebit,  
quod non mea Vni fixa Deo, spes mea semper erit.

cupiditate, sed Deo uocante Quæ nabi donec erit, sicut non fracta manebat,

Rex sum. Non hominum metuam prælia, robur, opes.

Artibus assiduis mea uerba cuertere tentant,  
Nil nisi conantur posse nocere mibi.

Insidijs coēunt mea dum uestigia seruent,  
Ut uitæ abrumpant languida fila meæ.

Seruantur quod inqua patrent, quos ipse sub imas  
Infernii iratus præcipitabis aquas.

Fac



Fac libeat numerare fugias quas passus oberro:  
 In uacuo lacrimas codice scribe meas.  
 Illarum numerus tibi iam constabit, & harum  
 Qui mibi quam uellem nunc quoq; maior adeat.  
 Tunc hostes mibi terga dabunt, cum te ipse uocabo,  
 Tunc mibi, cognoscam, quod Deus esse uelis.  
 Laus mea sermo Dei, Domini mea gloria uerbum,  
 Hac spe non metuam quid mibi faxit homo.  
 Ad te uota Deus mihi sunt concepta, quod iſthæc  
 Laudibus æternis omnia plena feram.  
 Tu quia crudelis eruasti à morte redentum,  
 Ne caderent nostri per loca stuxa pedes.  
 Ut mibi & ante Deum liceat defigere gressus,  
 In qua uiuentum gloria luce sita est.

## PSALMVS LVII.

Miserere mei Deus, miserere mei.

## ARGUMENTVM.

Estoratio non dissimilis præcedenti in  
alio periculo Dauidis, quod est I. Samuelis  
XXI. & XXIII.

Speluncæ latebris cum delituisset O dollæ,  
 Iniusta queritur se ratione peti.  
 Sic male qui regum nos insectantur in aulis,  
 Vt cisci his lacrimis possumus ante Deum.  
 Vincenti aureum ornamentum Dauid, ne periret,  
 cum fugeret a facie Saul in speluncam.

**R**espice fidentem tibi mihi Deus, esto benignus      Propositio.  
Cui sine te non est qui ferat ullius opem.      Cuius

Repetit precatio-  
nem.

Insignis conso-  
latio, q; Deus  
suo & lacrimas  
numeret, ergo  
nō erunt impi  
perpetuo impu-  
nes.